

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Libri historiarum quatuor [Rerum Romanarum epitoma] a [Joanne] Cuspiniano castigati cum ind

Florus, Lucius Annaeus

Vienne, 1511

Seditio apvleiana. Ti. XVI

[urn:nbn:de:bsz:31-270805](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-270805)

LIBER

quia depulsam agris suis plebem miseratus est: ne Populus Romanus gentium victor: urbiumque possessor: latibus ac focis suis exularet, & quacumque mente rem ausus ingentem: Postquam rogationis dies aderat ingenti stipatus agmine rostra conscendit: nec deerat obuia manu tota inde nobilitas/ & tribuni in partibus/ sed ut intercederem legibus suis/ Cneium Octavianum uidet Graccus contra/ fas: collegii ius: potestatis iniecta manu depulit rostris, adeoque praesenti metu mortis exterruit: ut abdicare se magistratu cogeretur: Sic triumphum creatus diuidendis agris/ cum ad perpetranda cepta/ die comitorium prorogari sibi uellet imperium: obuia nobilitati manu eorumque quos agris mouerat cedes a foro cepit. Inde cum in Capitolium profugisset: plebemque ad defensionem salutis suae manu caput tangens hortaretur: praebuit speciem regnum sibi & diadema poscentis: atque ita duce Scipione Nasica concitato in arma populo: quasi iure oppressus est,

SEDITIONO CAII GRACCHI, TI. XV.

Statim & mortis & legum fratris sui uidex: non minore impetu incaluit Caius Graccus/ qui cum pari tumultu atque terrore plebem in auitos agros arcesseret: & recentem Attali haereditatem in alimeta populo polliceretur, iamque nimius & potens/ altero tribunatu secunda plebe uolitarer: abrogare auso legibus suis Minutium tribuno: fretus comitum manu: fatale familiae suae Capitolium inuasit. Inde proximo morte cede pulsus: cum se in Auentinum recepisset: inde quoque obuia senatus manu ab Opimio consule oppressus est. Insultatum quoque mortis reliquis/ & illud sacrosanctum caput tribuni plebis: percussoribus auro pensatum est,

SEDITIONO APVLEIANA, TI. XVI.

TERTIVS

Nihilominus Apuleius Saturnini⁹ graceanas afferere leges nō destitit. Tantū animoꝝ uiro Marius dabit: q̄ nobilitati inimicus: cōsulatu suo preterea con-

Affixus: occiso palam comitiis Annio competitore tribunatus: subrogare conatus ē in eius locū Caiū Graccū: hoīem sine tribu. sine noīe sed subito titulo ī familiā ipse se adoptabat cū tot tantisq̄ ludibriis exultaret impune: rogandis Graccorū legibus ita uehementer incubuit: ut senatū quoq̄ cogeret ī uerba furare: cum abnuentibus aqua & igni interdictus: se minaretur Vnus tamen extitit q̄ mallet exiliū: Igit̄ post Metelli fugam omni nobilitate percussa iam cū tertium dominaret: eo uesania p̄gressus ē: ut cōsularia quoq̄ comitia noua cede turbaret: Quispe ut satellitē furoris sui Glaciā / cōsulem faceret / Gaium Metelium competitorē interfici iussit: & in eo tumultu regem ex satellitibus suis appellatū latus accepit. Tū uero iam cōspiratiōe senatus ipso quoq̄ iam Mario cōsule: quia tueri nō poterat / aduerso directā in foro acies: repulsus inde Capitoliū inuasit: sed cū abruptis fistulis obsideret: senatusq̄ per legatos / p̄cōnitentiaē fidem faceret / ab arce digressus: cum ducibus factionis / receptus in curiam est. Ibi in eum facta irruptione: populus fistibus: saxisq̄ coopertum: in ipsa quoq̄ morte lacerauit.

Numio. Li/
uio I. lxxiii.

DRUSIANA SEDITIO. TI. XVII.

Postremo Liulo Drusus nō Tribunatus modo uirtibus: sed ip̄ius etiā senatus auctoritate / totiusq̄ Italiae cōsensu easdem leges afferere conatus / dū aliud captat ex alio / tantū confluuit incendii: ut ne prima illius flāma posset sustineri: & subita morte correptus hereditariū ī posteros suos bellum prorogaret iudicialia lege Caiū Gracci. Diuiserant Populum Romanū: & bicipitem ex una facerāt ciuilitatem. Equites Romani tanta potestate subnixi: ut q̄ fata fortunaſq̄ patrū: uitaſq̄ principū haberēt in manu: interceptis uectigalidus peculabantur suo iure Rempubicā. senatus exilio Metelli / damnatiōe Rutiliū debilitatus: omne decus maiestatis amē